



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

I. Canonizatio S. Jo. a S. Facundo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

INNOCENTIUS XII.
PONTIFEX CCXLVI.

ANNO CHRISTI MDCXCI.

INNOCENTIUS XII. Neapolitanus, Antonius Pignatellus antea vocatus, Ducis Minervini Filius, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Tit. Sancti Pancratii, Episcopus Aletinus, postea Archiepiscopus Neapolitanus: Summus Pontifex electus fuit die 12. Julii 1691. Coronatus vero die 15. ejusdem Mensis; Creavitque Cardinales 29. Vixit annos 85., Menses 6., dies 14.; In Pontificatu autem annos 9., Menses 2., dies 15. Obiit die 27. Septemb., 1700. sepultusque fuit in Basilica Vaticana. Vacavit Sedes Mensim 1., dies 26.

I. Promulgatur Canonizatio S. Joannis a S. Facundo Ord. Erem. S. Augustini, una cum Indulgentia in ejus Feste.

Permissum fuit ejus Officium & Missa a Clem. VIII. die 19. Junii 1691. Sanctus vero declaratus fuit ab Alex. VIII. die 16. Octob. 1690. Pont. I.

Dat. 15. Julii
1691. An. I.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Seruus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.



ATIONI congruit, & convenit æquitati, ut ea, quæ Romani Pontificis provida deliberatione, ac Venerabilium Fratrum suorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum tunc in Romana Curia commorantium unanimi consilio decreta, definita, & statuta fuerint, licet ipsius superveniente obitu literæ Apostolicæ desuper confecta non fuerint, suum debitum consequantur effectum.

Qua de causa
hic BeatusSS.
alio adscripto
tus fuerit ab
Alex. VIII.

L. 1. Dudum siquidem felicis recordationis Alexander Papa VIII. Prædecessor Noster pia secum confederatione perpendens, quod Gloriosus in Majestate sua Unigenitus Æterni Patris Filius Christus Dominus, & Redemptor Noster, qui omnes Homines vult salvos fieri, & veniens in hunc Mundum pacem evangeliavat, e Cælorum summitate prospiciens conditionis humanae dignitatem, satis nunquam deplorata miseria, cui primi Parentis culpa dedit initiam, deformatam, criminumque tenebris obscuratam, ineffabili semper dispositione providit, ut suis apte temporibus exurerent Viri sanctitate conspicui, qui hominibus senescente Mondo in pejora ruentibus adjutrices manus portarent, & gliscentium vitiorum spinas de Ecclesiæ vinea evellerent, ac tanquam lucernæ inter effusas peccatorum tenebras viam ad cœlum

stem Patriam commonstrarent. Et hinc dum Hispania partim Mahometanæ perfidiæ, & Saracene tyrrannidis pertinacibus adhuc reliquiis occupata, partim frigescente charitate præpotentibus, ac pluribus diræ præsertim simultatis vitiis languebat oppressa, ad illuminandas obtenebratas peccatorum mentes, eosque revocandos ad viam salutis, & pacis, Joannis de Sancto Facundo nuncupati spiritum suscitavit, qui in tempore iracundiae factus reconciliatio, ac æmulatus charismata meliora, ore simul, & opere doceret, quanta erga Deum æstuareret charitate, quanta in proximum dilectione, quanto contra vitia, & dissidia afficeretur odio, factus contra ea declamator acerimus. Justum proinde idem Alexander Prædecessor ratus, ut eximum hunc Virum virtutibus, & miraculis præclarum, quem corona expressa signo Sanctorum Dominus redimerat in Cælis, Sanctorum etiam laurea coronaret in terris, operi jamdiu pertractata Canonizationis ultimam manum admovit, fervatis tamen servandis, & præviis legitimis processibus, quorum summam juxta memorati Prædecessoris præordinationem ad perpetuam rei memoriam, & Christifidelium ædificationem hisce Apostolicis literis duximus recensendam, ut sequitur.

Vita d. Sancti ab hoc
Pontifice de-
scribitur.

Ejus Nativi-
tas & pueri-
tia.

L. 2. In Oppido Sancti Facundi vulgariter Sahagun nuncupati, eaque Hispaniæ parte, quæ vergit ad Septentrionem, prope Diœcœsim Legionensem post diuturnam matris sterilitatem ipsi parentum precibus impetratus Joannes, circa annum reparata salutis millesimum quadragesimum trigesimum natus est: ut vero fortitus erat animam bonam, pie a parentibus educatus cœpit ab ipso pueritia non obscurare futuræ sanctitatis indicia. Præventus enim a Domino in benedictionibus dulcedinis, & inde puerilia pertæsus, ac de pace condiscipulorum sollicitus, quæ ad concordiam, bonos mores, pietatem, ceteraque virtutes conferebant, illis proponebat, ejusque zelo succensus, qui linguas infantium facit esse disertas, ubi vel locus, vel saxum prominens occurrebat, mira supra ætatem facundia concionabatur, innocentia præsignans tyrocinio, quantus, quam-

que

Adolescen-
tia.

que proficuus præco altissimæ veritatis esset futurus.

S. 3. Aetate, & virtute adolescens humioribus literis, Philosophia, & Theologia, multoque magis pietati operam dedit apud Monachos Sanctorum Facundi, & Primitivi. Interim vero ordinatus in Clericum, beneficio, cui cura animarum imminebat, per Vicarium, donec ad Presbyteratum promoveretur regendo, Patre admittente præponitur. At Evangelicum documentum boni pastoris cognoscentis oves suas, & ab illis cogniti reformidans, atque inde anxius tum de oibis non pastoris, sed mercenarii custodiaz, quamvis temporaliter creditis, tum de fructibus non sua, sed interpositæ personæ labore partis, illibatam conscientiam, cuius stimulis angebat, non prius, quam eodem beneficio dimisso pristine tranquilitati restituit.

Plura argu-
menta chari-
tatis erga
proximum.

S. 4. Emenso studiorum curriculo inter Episcopi Burgenis familiares adscitus, ea enituit morum honestate, præclaraque indolis specie, ut apud ipsum intimam nactus benevolentiam, & gratia valens, pro omnibus, præsentis pro pauperibus ad suum Pastorem confugientibus non inutilis intercessor existeret. Sacris insignitus ordinibus a memorato Episcopo amplio Ecclesiæ Burgenis Canonicatu donatus, post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, & thesauris, sed manum suam inopi liberaliter aperiens, & palmas suas extendens ad pauperem, ut fidelis dispensator, & prudens, uberes dicti Canonicatus, & aliorum beneficiorum fructus dispergit, dedit pauperibus, ut justitia ejus maneret in sæculum sæculi.

S. 5. Nec tamen hic substituit ardens ejus Deo placendi, & serviendi desiderium, sed ut proprium electorum est, ire de virtute in virtutem, ad altiora respiciens, & Christum propter Christum non propter sua querens, familiari, quo apud præfatum Episcopum Burgensem fungebatur ministerio, Canonicatu, & beneficii omnibus abrenunciens, solisque elemosynis pro Missæ sacrificio ad sui sustentationem contentus, ferventius orationi, & attentius sacrorum librorum lectioni animum adjunxit, & ne sibi solum, sed aliis viveret, coepit verbum Dei magno auditorum concursu, parique profectu in eadem Burgeni Civitate annunciare.

S. 6. Irreperat tunc Salmanticae summa, & impunis peccandi licentia, adeoque exarferant potissime inter Nobiles intestina odia, & pertinacia dissidia, ut inde Civitas in efferaetas factiones scissa, maxima animorum aceritate, cædiumque frequentia sœviret, quando Aeterna Majestas charitatem Servi sui, ut illuc tanquam pacis Angelus pergeret, excitavit. Piis ibi operibus, & verbi Dei prædicationi præ viribus, & utiliter plurim annorum spatio addictus, nihil timuit, nihil recusavit, nihil omisit, ut animas peccatorum cœno eruens, Deo lucrifacaret, & civiles flamas rore pietatis, & imbre prædicationis extinguueret.

Ingressus in
Religione S.
Augustini, &
in ea pro-
gressus.

S. 7. Sed ut Dei virtus in infirmitate Joannis magis eluceret, gravi calicularum morbo corripitur, a quo cum non posset, nisi extremo, & ancipiunt se fissionis remedio Medicorum iudicio liberari, in eo qui sanat omnes infirmitates, confusus, votum vovit religiosæ vitæ institutum capessendi, si ab eodem gravi morbo, graviorique fissionis discrimine ad majorem Dei gloriam convalescet. Exaudivit Dominus deprecationem Servi sui, qui pristina restitutus sanitati, reddidit Altissimo vota sua in Religione Eremitarum Sancti Augustini, selecta Salmanticensi Conventu, ubi Regularis disciplinæ stricior observantia vigebat.

S. 8. Annum agens probationis, licet aetate proiectus, gradu Baccalaureus, Ordine Sacerdos tanta enituit humilitate, modestia, & obedientia, ut tanquam lucerna super candelabrum luceret omnibus, qui in domo erant; tyrocinium quippe Religionis virtus veterana præcesserat. Emissa professione per ardua Regularis perfectionis semitas abnegando semetipsum, jactoque profundo fundamento humilitatis in sublime virtutum consurrexit, & exinde animarum zelo magis exardens, ac propterea omnia sustinens, in Deo, qui perennis charitas est, mansit, & Deus in eo.

Inimicitias
sedavit.

S. 9. Superseminaverat interea humani generis inimicus plura, & pejora vitiorum, & recrudescentium dissidorum zizania, ad quæ eradicanda e claustrō revocatur Joannes, qui Religionis lorica, & Dei virtute præcinctus, pietatis, ac pacis inimicos sic in Domino adorsus est, & persequeatur, ut non converteretur, donec deficerent. Apostolico spiritu insurgebat in sceleris, & fervido simul, ac facundo charitatis impetu sic vehebatur in odio, ut surdae aliquoquin pacificis consiliis aures, & indurata inverteratis peccatis, & similitatibus peccatora non possent resistere sapientiae, & spiritui, qui loquebatur per os ejus. Hinc ut civium discordias evelleret, aliquorum magis pertinacium odio in seipsum convertit, dum illis vita exprobriabat, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui; at nullis injuriis revocatus, nullis periculis, vel minis territus unquam potuit a sancto opere dimoveri, sed potius persequitionem patiens propter justitiam animo semper invicto nunquam fuit promptior, quam inter discrimina, numquam fortior, quam inter adversitates; si tamen aliquando Divinum verbum seminavit in lacrymis, uberes etiam manipulos plurium animarum Deo reconciliatarum in exultatione mesquit. Cum iis, qui odio habebant pacem, erat pacificus, & Evangelici Samaritani instar, fauicarum animarum misericordia motus, eadem opportune modo compungebat vino acris comminationis Divini iudicii, modo fovebat oleo sperandæ remissionis peccati. Non e fugitu solum, sed in privatis colloquiis peccatores ad penitentiam, & discordes revocavit ad pacem. Natura mitis, aspectu jucundus, eloquio suavis, audientium conciliabat affectus, extinguebat odio, arcebat vindictas, felix mediator pacis, potens intercessor veniae, strenuusque Salmanticensium dissidorum dissipator, & sedator: Nec mirum quia Divino magisterio instructus ad aram Sacris operans de iis, quæ ad animarum salutem, & dissidentium pacem annuncienda erant, ab ipso Christo Domino erudithebatur.

In audiendis
Confessioni-
bus assiduus.

S. 10. Muneri concionandi ministerium addebat Sacramenti Penitentiae, ut qui ab accepta justificationis gratia per peccatum exciderant, Deo reconciliarentur. Impiger operarius in vinea Domini audiendis confessionibus penitentium, qui fama Sanctitatis, & experientia charitatis allecti ad eum jugiter confluabant, naviter, & proficie incumbebat, alias dulci sermone recreans, alias suavi simul, & gravi correctione ad contritionem excitans, & a recidivis lapsibus præmuniens gnarusque restitutionem rei alienæ esse actum justitia ad salutem necessarium, suspensa interim absoluzione, confitentes ad illam peragendam non verbis solum, sed opportunis factis coadjuvabat.

Reliqua a-
moris in pro-
ximum argu-
menta.

S. 11. Eodem charitatis impulsu frequenter consolabatur afflitos, invisebat ægrotos, & quefisit eleemosynis inopiam pauperum sublevat, felix perditarum animarum venator, pro-

flitaturum

stitutarum mulierum, quas concionibus, cohortationibus, precibus, & quæstis similiiter opibus a dæmonis servitute redemptas, victimas ab impudicitiis purificatas offerebat Deo in holocaustum acceptabile.

Ardens amor
in Deum.

¶. 12. Nec secundum duntaxat ex duobus mandatis, in quibus universa lex pendet, & Propheta, dilectionis nimurum erga proximum fideliter servavit, sed multo magis primum, & maximum ardoris amoris, quo ferebatur in Deum ex toto corde suo, in tota anima sua, & in tota mente sua. Hinc in seculo voluntaria paupertatis studio pinguis beneficia Ecclesiastica dimisit, effusus in preces, in Dei meditatione defixus, & operibus pietatis addictus a mundo, ejusque illecebris segregatus vivebat, in claustrorum autem trium votorum exactissimus cultor, ac virtutum præfulgens exemplar, & quasi cælestem vitam agens, corpus suum hostiam viventem, & animam sanctam Deo placentem semper exhibuit; & tamen in hac innocentia vita, & cordis simplicitate singulis diebus non semel salutari Pœnitentia Sacramento magis purificari concupivit, quasi cum Psalmista ad Dominum incessanter clamaret: Amplius lava me.

Beatus dominus
suavitatem
prælibavit.

¶. 13. Cum igitur immaculatus ambulasset in lega Domini, & toto corde exquisivisset eum, meruit singularis charismate cælestis beatitudinis suavitatem in hac vita prælibare. Eo enim fidei, & charitatis ardore rapiebatur in Deum in augustissimo Missæ Sacrificio, ut Cæli gaudia pragustans, Christum Dominum Sole splendidiorem, & lucidiora stellis vulnera exhibentem intueretur, vivis è fontibus Salvatoris huius in gaudio fluenter vita, & arcana Cæli mysteria, unde ab Altare post longum temporis intervallum divelli vix poterat, quotidiana discens experientia, quam suavis esset Dominus, ejus mira dulcedine superflusus, quia tunc demum plenè satiaretur in gloria Dei: cuius eximii & perfecti doni descendentes a Patre luminum præter plurimos testes, & historicos omni fide dignos relator, & prædictor extitit Sanctus Thomas de Villanova, qui post obitum Sancti Joannis in eadem Religione, & Præfatu Valentino suaves virtutum omnium odores effudit.

Obitus.

¶. 14. Postremo cum bonum certamen certavisset, cursum consummavisset, fidem servavisset, Sacramenta Ecclesie effuso cordis affectu receptis, properans ad coronam justitiae, die undecima Junii anno reparata salutis millesimo quadrageentesimo septuagesimo nono pie, sancte obdormivit in Domino, qui fidelem Servum suum miraculis ad ejus intercessionem patratis clarificavit.

A Paulo III.
commisso fuit
confœditio no-
vorum Pro-
cessuum.

¶. 15. Fama igitur sanctitatis, quæ eo vivente invaluerat, post obitum in dies excrescente, pie mem. Paulus Papa III. etiam Prædecessor noster prævio examine processuum annis 1488. & 1525. ordinaria auctoritate factorum, per suas in forma Brevis expeditas literas die 22. Maii 1542. confectionem novorum processuum super puritate fidei, Sanctitate vita, & miraculis B. Joannis delegavit, quibus absolutis, & postmodum iussu recolendæ memoria Clementis Papæ VIII. pariter Prædecessoris Nostri, primum per Hieronymum Pamphilium, & Joannem Garziam Millinum tunc causarum Palatii Apostolici Auditores, deinde per bo. me. Cæserem tituli Sanctorum Nerei, & Achillei Baronium, Silvium tituli Sancti Salvatoris in Lauro, Antonianum, & Robertum tituli Sanctæ Mariae in Via, Bellarminum nuncupatos S. R. E. Presbyteros Cardinales, ex quibus Antonianus vita, & miraculorum relationem exaravit, & demum ad eorumdem Cardinalium relationem in Congregatione Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum diligenter recognitis, & examinatis;

Post quorum
examen a
Clem. VIII.
permisso fuit officium,
& missa die
12. Junii.

idem Clemens Prædecessor piis clare memorizæ Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici, ac Collegii maximi S. Bartholomæi, necnon Prioris, & Fratrum Conventus S. Augustini Salmanticensis, ac Provincialis, & Fratrum ejusdem Ordinis Provinciae Castellæ precibus benignè annuens, de supradicitorum Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum voto, ut in Ecclesia Sancti Augustini Salmantica, ubi corpus ejusdem Beati Joannis etiam tunc requiescebat, & summa veneratione asservabatur, Officium, & Missa de communi Confessoris non Pontificis singulis annis postridie ejus obitum, nempe die duodecima Junii ob festivitatem S. Barnabæ antecedenti die undecima cadentem, libere, & licet celebrari posset, similibus in forma Brevis literis die decimanona Junii 1601.

datus indulxit, & hujusmodi Indultum idem Clemens Prædecessor prius ad Universum Ordinem Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, & qualunque Domos, & Ecclesiæ tam Fratrum, quam Monialium ejusdem Ordinis ubique locorum, & postmodum ad omnes Ecclesiæ tum Clericorum Secularium, tum cuiusvis Ordinis Regularium Salmantica, & Oppidorum de Sahagun, seu Sancto Facundo Patriæ Servi Dei, necnon Cæz patriæ ejus genitricis aliis in eadem forma Brevis literis sub diebus 15. Octobris, & 24. Novembris anni 1603. denum felicis recordationis Innocentius Papa X. etiam Prædecessor noster decreto memorata Congregationis Rituum approbato die 14. Februario anni 1647. ad omnes Ecclesiæ Civitatis, & Diocesis Burgensis extenderunt, & ampliarunt.

¶. 16. Magisque interim fama sanctitatis, & miraculorum percrebrente, & in vim speciales commissionis ab ejusdem recordationis Paulino Papa V. pariter Prædecessore Nostro signata confectis de annis 1622. & 1623. binis novis processibus remissorialibus, & compulsorialibus in præfatis Civitatibus Salmantica, & Oppido de S. Facundo, cum supervenerint notoria decreta similis recordationis Urbani Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri, signata postmodum fuit a memorato Innocentio X. Prædecessore commissio reaumptionis causa in statu & terminis, in quibus reperiebatur, eaque directa præfata Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum Congregationi, quæ attentis dictis literis in forma Brevis præfati Clementis Prædecessoris super concessione, & extensionibus respecti ve indulti Officium, & Missam celebrandi, die 27. Junii 1651. ad relationem bona memoriae Illi tunc tituli Sanctæ Susanna Presbyteri Cardinalis Sacchetti nuncupati, declaravit constare, cultum Beato Joanni exhibatum fuisse, & tunc exhiberi vigore dictorum Indultorum Apostolicorum, & propter ea hujusmodi casum inter exceptos in decretis ab eodem Urbano Prædecessore super non cultu editis comprehendendi. Cumque in eorumdem decretorum exequitionem ex præfatis prioribus processibus ante indultant venerationem præcisæ plene constitisset de puritate fidei, sanctitate vita, & virtutibus requisitis ad solemnem Canonizationem, quorum relatio olim, ut præfertur, commissa Cardinalibus Baronio, Antoniano, & Bellarmino, & a dicto Cardinale Antoniano subscripta exhibita fuit una cum summario testium, & actorum defuper confecto, memorata Congregatione Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum die 21. Julii Anni 1668. ejusdem memoriae Petro tituli Sancti Callisti Presbytero Cardinali Vidonio nuncupato referente, censuit, procedendum esse ad ea, quæ post venerationem supervenerant, si placueret pie memoria Clementi Papæ IX. etiam Prædecessori Nostro, qui facta prius prædictorum relatione eadem die benigne annuit.

Quæ deinde
ab eodem ex-
tentia fuere.

Similiter ab
Innoc. X.

Examinatis
examinandis
& edito a
Congr. De-
creto, per-
missum fuit a
Clemen. IX.
examen co-
rum post ex-
hibitum cul-
tum.

Probatio relevancia, & veritate dux-
rum, a Congreg. definitum fuit de-
veniri posse ad Canonizationem.

Preces, &
suffragia Ale-
xan. VIII.
oblata fuere
pro Canoniza-
tione.

I. 17. Quare in Congregatione coram ejusdem memorie Clemente Papa X. similiter praedecessore nostro habita die octava Martii anni 1672. ad relationem praefati Cardinalis Vidoni discussio dubio de iis, qua post indultam Beato Joanni veneracione supervenerant, idem Clemens X. praedecessor Consuloribus prius auditis de Venerabilium Fratrum nostrorum, tunc suorum S. R. E. Cardinalium iisdem Sacris Ritibus Praepositorum consilio decrevit, ex dictis posterioribus Processibus in eadem Sacra Congregatione die 25. Septembris anni 1663. examinatis, & approbatib; constare de eorum relevantia, nempe continuatione famæ sanctitatis, devotionis Populorum, & miraculorum, & percrebrentia cultus, & venerationis, ac ex oto inter plura felicitis duo miracula concludentissime probata esse declaravit: Primum scilicet Elisabethæ Gomez de la Rocca, quæ cum cancro in mammilla sinistra per sesquiannum inveterato, & in molem insignem aucto, & altero subtus brachium in latere sinistro prope cor Medicorum iudicio insanabilibus laborasset, post accessum ad Sepulchrum ejusdem Beati, illiusque invocationem, necnon post confessionem Sacramentalem, & susceptionem Sanctissimæ Eucharistie, ac impositionem habitus illius super mammillam manœ sequenti iterata Beati invocatione, sana, & in columnis a prædictis cancris, & acutis, quibus afficiebatur doloribus, absque ullo signo, seu vestigio prædictæ infirmitatis comperta est. Et quorum Emmanuelis de Castello gibbosus per triennium ex ruptura spinæ dorsi ob lapsum e scala, dum erat novennis, qui cum propterea cogeretur curvatus medio corpore manibus super genua apostolis, & cum adjutorio substentaculi sic incidere, ut se erigere volens cum impetu procideret, ductus a matre ad sepulcrum Beati, ut novembris precibus incuberet, illuc ingressus ab ingentibus, quos patiebatur doloribus, & ab incurvatione sanus evasit, consolidatis nimurim vertebris disruptis, curvibusque sic corroboratis, ut domum maternam veloci gressu redierit, substentaculum in alcum gerens, ac demum etiam a gibbositate convaluit, postquam denuo a matre in Capellam Beati ductus Evangelium in fine Missæ lectum audivit, permanente tamen osse elevato, ubi prius erat gibbosus, quapropter eadem Congregatio auditio prius in voce, & in scripti Fidei Promotore, & accertis denuo Consuloribus, communione omni voto censuit, eundem Clementem X. praedecessorem quandcumque sibi visum fuisset, posse ad solemnem ejusdem Beati Joannis de Sancto Facundo Canonizationem juxta S. R. E. Ritum, & Sacrorum Canonum devenire, eumque Sanctum cum Deo regnarem definire, atque universalis Ecclesiæ colendum, & venerandum proponere.

I. 18. Verum prædefunctis interim eodem Clemente X. ac similis memorie Innocentio Papa XI. etiam praedecessoribus nostris, solemni adhuc Canonizatione non expleta, cum alia preces memorato Alexandro praedecessori a Charrissimo in Christo filio nostro Carolo II. Hispaniarum Rege Catholico, necnon a pluribus Venerabilibus Fratribus nostris tunc suis ejus Nationis Episcopis, ac dilectis filiis universo Sancti Augustini Ordine, ac pluribus ejusdem Nationis Civitatibus fuissent humiliiter porrectæ, ac subinde Venerabilis Frater noster tunc suus Flavius Episcopus Portuen, S. R. E. Cardinalis Chilianus nuncupatus, vice Venerabilis Fratris nostri tunc sui Alderani Episcopi Ostiensis ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Cybo nuncupati praefatae Congregationis Praefecti morbo tunc detenti, in Consistorio ipsius Alexandri praedecessoris secreto summam processus, suamque, & aliorum Collegarum suorum dictæ S. R. E. Car-

dinalium Sacris Ritibus Praepositorum sententiam exposuisset, ceterique in eorum Consistorio presentes Cardinales ei unanimi suffragio adhesissent: Et postea in alio publico Consistorio, quo prater Cardinales praefatos etiam supradicti Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi in Urbe commorantes, & dilecti filii Romanae Curia Prælati, ipiusque Alexandri praedecessoris familiares convenerant, dilectus etiam filius Joannes Franciscus Fagnanus nostra tunc sua Consistorialis Aula Advocatus de vita, virtutibus, & miraculis dicti Beati Joannis de Sancto Facundo dixisset, ac nomine Regis, Episcoporum, Civitatum, & Ordinis praefatorum supplices deprecationes pro ejusdem Canonizatione detulisset, idem Alexander praedecessor ejusmodi deprecationes libenter excepti, quibus Sanctorum alio adscribendus sibi proponebatur impiger contentionum sedator, ut æstuantibus undique seculi hujus tot privataram similitudinibus, & efferrant bellorum fluctibus, atque processus ad ejus praesidium conversti Fideles, pacem, & concordiam expofcentes, firmam tranquillitatem stationem, tum in via hujus vitæ, tum in Cælesti Hierusalem, qua est beata pacis visio, felicissime consequerentur.

I. 19. Antequam tamen ad rei tam gravis deliberationem procederet, orationibus, jejuniis, aliisque piis operibus publice indicis, & concessa ad hoc fidelibus indulgentia, Divinæ voluntatis beneplacitum, sine prævia enjus intelligentia infra fuisse quelibet deliberatio, explorare satagit: Ac ad omnes accuratissimi Judicis partes explendas, exquisivit primum sententias praefatorum Venerabilium Fratrum nostrorum tunc suorum dictæ S. R. E. Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum tunc in Urbe commorantium, qui in Consistorio semipublico ad hunc effectum postmodum habito, præsentibus etiam nostris tunc suis, & Sedis Apostolicæ Notariis, & causarum Palatii Apostolici Auditoribus, ex iis qua ab eo proposta, & relata fuerunt, Beatum Joannem de Sancto Facundo Canonizandum esse unanimibus suffragiis aperte decreverunt: Unde gaudens ex animo, hujusmodi Canonizationem in magnam Dei gloriam, splendidumque Ecclesiæ Catholicae decus cœlum esse, aperte intellexit, ac decimam sextam tunc recurrentis mensis Octobris diem præclaræ hujusmodi solemnitati designans, perspectam eorumdem pietatem ad perseverandum in effundendis ad Dominum infallibilis veritatis enixis precibus, impense hortatus fuit, ut ipso inspirante præstantissimo huic negotio supremam rite manum imponere posset.

I. 20. His peractis cum nihil aliud desideraretur eorum, quæ ex Sanctorum Patrum auctoritate, Sacrorum Canonum decrevis, praefata S. R. E. consuetudine, ac novorum decretorum praescripto agenda, & obseruanda erant, idem Alexander praedecessor prædicta designata die sextadecima Octobris anni præteriti millesimi sexcentesimi nonagesimi, Pontificatus sui secundi, in Sacrolancta Beati Petri Apostolorum Principis Basilica, quo solemni Ritu cum Venerabilibus Fratribus nostris tunc suis ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filiis dictæ Romanæ Curia Prælati, Officialibus, & familiaribus suis, Clero Seculari, & Regulari, ac maxima Populi frequentia mane convenerat, iteratis primo, secundo, & tertio pro Canonizationis decreto instantiis per dilectum filium nostrum tunc suum Petrum S. Laurentii in Damasco Cardinalem Orthobonum nuncupatum nomine memorati Charissimi in Christo filii nostri Caroli II. Hispaniarum Regis Catholici, post sacros hymnos Litanias, aliasque preces, & post Spiritus Sancti gratiam rite imploratam ad

Pia opera in-
dieta füre,
& Indulgen-
tia concessa

Canonizatio
Beati Joannis
cum aliis 4. a
d. Alex. ce-
lebrata fuit.

honorem

ANNO
1691.

INNOCENTIUS DUODECIMUS.

75 ANNO
1691.

honorem Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae, & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac sua, matura deliberatione præhabita, & Divina ope sèpius implorata, ac de præfatorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum tunc in Urbe existentium consilio, Beatum Joannem de Sanèto Facundo una cum Beatis Laurentio Justiniano, Joanne a Capistrano, Joanne de Deo, & Paschale Baylon SANCTUM esse decrevit, & definit, ac Sanctorum Catalogo adscripsit, statuens ab Ecclesia universalis quolibet anno die ejusdem festo memoriam ipsius inter Sanctos Confessores non Pontifices pia dévotione recolli debere. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Indulgencie ann. & totid. quadrag. in ejus feito concessa.

Alia Indulg. in ipsa die Canonizatio- nis.

Declaratur verissima effe- praemissa omnia.

Clausula.

§. 21. Eademque auctoritate omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus, & confessis, qui annis singulis in die festo ejusdem Sancti Joannis ad sepulcrum, in quo ejus Corpus requiebat, visitandum accessissent, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis penitentiis misericorditer in Domino relaxavit in forma Ecclesiæ consueta.

§. 22. Quibus peractis Deum Patrem Aeternum, Regemque gloriae Christum Dominum Patris sempiternum Filium, & Sanctum Paraclycum Spiritum, unum Deum, unumque Dominum laudibus, & confessionibus veneratus, sacroque hymno Te Deum solemniter decantato, peculiari oratione etiam per dicti Joannis merita precatus fuit, atque Missa ad Altare Beati Petri Apostoli cum ejusdem Beati Joannis commemoratione a Venerabili Fratre nostro, tunc suo Palutio Episcopo Sabinen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali de Alteriis nuncupato solemni Ritu celebrata interfuit, omnibusque Christi fidelibus tunc præsentibus plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem concessit.

§. 23. Ne autem de decreto, definitione, adscriptione, statuto, relaxatione, concessione, alisque præmissis, ex eo, quod super illis ipsius Alexandri prædecessoris literæ ejus superveniente obitu confectæ non fuerant, valeat quomodolibet hæsitari, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod decretum, definitio, adscriptio, statutum, relaxatio, concessio, aliaque præmissa a dicta die sextadecima Octobris suum consequuntur effectum, ac si super illis ipius Alexandri Prædecessoris literæ sub datum ejusdem diei confectæ fuissent, prout superiorius enarratur; Quodque præsentes literæ ad probandum plene decreto, definitionem, adscriptionem, statutum, relaxationem, concessionem, aliaque præmissa ubique sufficient, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

§. 24. Cæterum quia difficile foret præsentes nostras literas ad singula loca, ubi opus esset, deferri, volumus, ut earum exemplis etiam impressis manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate constitutæ munitis, eadem ubique fides adhibetur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si essent exhibita, vel ostensa.

§. 25. Nulli ergo omnino hominum licet paginam hanc nostrarum voluntatis, & decreti infringere, vel ei auctu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo primo, idibus Julii, Pontificatus nostri Anno Primo.

Bullarii Romani Contin. Pars VI.

† Ego Innocentius Catholicae Ecclesiæ Episcopus.



† Ego Alderanus Episcopus Ostiensis Cardinalis Cybo.

† Ego Flavius Episcopus Portuen. Cardinalis Chisius.

† Ego Jacobus Episcopus Tusculanus Cardinalis Franzonus.

† Ego Petrus Episcopus Sabinen. Cardinalis de Alteriis S.R.E. Camerarius.

†

† Ego F. Tit. S. Mariæ in Via Presbyter Cardinalis Maidalchinius.

† Ego Carolus Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Barberinus.

†

†

†

† Ego Nicolaus Tit. S. Calixti Presbyter Cardinalis Acciujolus.

† Ego Galpar Tit. S. Maria Transyberim Presbyter Cardinalis Carpineus.

† Ego Cesar Tit. Sanctissima Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis d'Estrees.

†

† Ego Franciscus Tit. S. Matthei in Merulana Presbyter Cardinalis Nerlius.

† Ego Hieronymus Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Casanate.

† Ego Galeatus Tit. S.S. Quirici, & Julitta Presbyter Cardinalis Murescottus.

† Ego Fabritius Tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Spada.

† Ego P. Thomas Hovardus Tit. Sanctæ Maria super Minervam Presbyter Cardinalis de Norfolia.

† Ego Joannes Baptista Tit. S. Cæciliae Presbyter Cardinalis Spinula.

† Ego Savus Tit. S. Petri in Vincula Presbyter Cardinalis Millinus.

† Ego Fr. Laurentius Basilicæ Duodecim Apostolorum Presbyter Cardinalis de Laurea.

† Ego Jacobus Tit. S. Mariæ in Ara-Cæli Presbyter Cardinalis de Angelis.

G 2

† Ego

- † Ego Joannes Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis de Geffen.
- † Ego P. M. Tit. S. Marcelli Presbyter Cardinalis Petruccius.
- †
- †
- † Ego Joseph Saens Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis de Aguirre.
- † Ego Leander Tit. SS. Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Colloredus M. Penitentarius.
- † Ego F. Tit. SS. Joannis, & Pauli Presbyter Cardinalis Carafa.
- † Ego Bandinus Tit. S. Thomæ in Parione Presbyter Cardinalis Panciaticus.
- †
- † Ego F. Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis de Abdæa.
- † Ego Tufanus Tituli Sancte Agnetis extra Mania Presbyter Cardinalis de Janson de Fourbin.
- † Ego Joannes Baptista Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presbyter Cardinalis Rubinus.
- †
- † Ego Joannes Baptista Tit. S. Bernardi Presbyter Card. Coslagutus.
- †
- †
- †
- †
- †
- † Ego Flavius SS. Cosmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis Astallius.
- †
- † Ego Petrus Tituli S. Laurentii in Damaso Cardinalis Diaconus Ottobonus S.R.E. Vice-Cancellarius.
- † Ego Carolus S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Card. Bichius.
- †
- † Ego Aloysius S. Mariæ in Portico Diaconus Cardinalis Homodeus.
- † Ego Joannes Franciscus S. Adriani Diaconus Card. Albanus.
- † Ego Franciscus S. Angeli in Foro piscium Cardinalis Barberinus.
- † Ego Laurentius S.M. in Aquiro Diaconus Cardinalis de Alterii.

II.

Promulgatur Canonizatio S. Paschalis Baylon Ord. Minor, Discalceatorum, una cum indulgentia in ejus Festo.

Beatus declaratus fuit a Paulo V. die 29. Octobris 1618. Sanctus vero ab Alex. VIII. die 16. Octobris 1690. P. I. Alias Canonizationes vide in Constitutione precedenti, & Clem. XI. Constit. ed. 1712. Maij 21. P. 12.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Ratione congruit, & convenit æquitati, ut ea, quæ Romani Pontificis provida deliberatione, ac Venerabilium Fratrum suorum S.R.E. Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, tunc in Romana Curia commorantium, unanimi consilio decreta, definita, & statuta fuerunt, licet ipsius superveniente obitu Literæ Apostolicae desuper confecta non fuerint, suum debitum consequantur effectum.

S. I. Dudum siquidem fel. recor. Alexander Papa VIII. Prædecessor noster, pia secum medi-

tatione considerans, quod Unigenitus Dei Filius splendor gloriae, & figura substanție Parris qui pro lapsi medela hominis in utero Virginis caro factus, semetipsum exinanivit, obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis, ut genus humanum tam ineffabili excitatum exemplo per humilitatis semitas secum ad aeternæ gloria exaltaret confortium, haud raro infirma, ignobilia, & contemptibilia Mundi eligit, ut fortia quæque confundat, & non gloriatur omnis caro in conspicuë ejus, ac propterea paupertatem divitiae, ignobilitatem nobilitati, & simplicis animi demissione elationi cogitantum sublimia præponens, sapientiam, & gloriam hujus Sæculi, ejusque Principum despicit, humili spiritu, & sincero cordis delectatus affectu. Inter alios autem ex hujusmodi conditione selectos, quibus Ecclesiam suam, quam humilitate vult crescere, fecundavit, anteacto Sæculo præstantissimum exaltata humilitatis exemplar erexit in suo fideli Servo Paschale Baylon Laico, seu Converso expresse professo Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum quem humilibus genere, & loco natum, custodiendisque oviibus addictum, sustulit de gregibus Ovium, & de post fecentes accepit, impletivque Spiritu Sapientia, & intellectus, ut quem suscitarat de terra inopem, collocaret in Celo cum Principibus Populi sui. Quibus de rebus certior factus idem Alexander Prædecessor ex processibus diligenti inquisitione confectis & sedula discussione examinatis, ex quibus de illius vita Sanctitate, & miraculis ad ejus intercessionem patratis evidenter constare perceptit, Beatum Virum Sanctorum albo solemniter adscriptis, animo ex tunc revolvens hujusmodi vite, miraculorum, & actorum summan Catholicæ Ecclesiæ notam facere, quod cum ipse, morte præventus, non expleverit, Nos qui Divina disponente Clementia in ejus locum successimus, hujusmodi seriem ex memoratis processibus breviter desumptam, in hunc, qui sequitur, modum, ad perpetuam rei memoriam duximus enarrandam.

S. 2. Anno a parti Virginis 1540. Sacro recurrente Festo Pentecostes, natus est Dei Servus in Oppido Turris Formosa Diocesis Seguntina in Regno Aragoniæ, ex Catholicis, sed pauperibus Parentibus, ablurisque fuit aqua Baptismatis, & procedente tempore Sac. Christi.

S. 3. A teneris annis insigne futura Sanctitatis specimen dedit, dum adhuc puer quascumque mundi illecebras, & innoxios etiam ejus atratis, & conditionis ludos, & exercitationes aspernabatur. Abiens post vestigia gregum, quorum custodia paterna illum inopia destinaverat, sedulo satagebat, ne illæ alienis agris, vel pascuis damnum aliquod inferrent. Virtutum cultor eximius orationi, abstinentiæ, pudicitia, & silentio deditus, a juramentis, mendaciis, detractionibus, ac vanis, & otiosis verbis penitus abstinebat, ac socios ad odium peccati, Deique Religionem, & amorem, ac in Deiparam pietatem qua verbo, qua exemplo suaviter excitabat, adeo ut omnes tantæ innocentia, & singularium virtutum admirationes jam tum præviderent, magnos hujus Servi Dei futuros in Sanctitate progressus, quem in aetate puerili adeo innocentem vitam agere dignoscebant.

S. 4. Simplex, rectus, & timens Deum aetate simul, & virtutibus crescebat Paschalis humilitate, charitate, modestia, morumque suavitate, sic eorum, qui ipsum noverant, conciliabat affectus, ut sancta monita, & consilia libenter excipientes, & ipsum diligenter, ac in ejusdem conversatione magnopere delectarentur. Id quod præsertim accidit prædiviti cuidam ejus hero, qui prole carens, eundem adoptare, & suorum bonorum hæredem designaverat instituere, sed gnarus Paschalis, quod quicun-

ANNO
1691.
causis SS. albo adscriptus fuit.

Vita d. S. hic primo describitur a Pontifice.

Eius Nativitas.

Pueritia.

Adolescentia.

Dat. 15. Julii
1691. An. 1.

Hic S. ab
Alex. VIII.
optimis de

que